





DISPUTATIO INAUGURALIS JURIDICA

De
**RETORSIONE
INJURIARVM,**

Quam
Divina assistente Clementia,

Ex consensu & decreto
Magnifici Jctorum in illustri prope
Salam Academia Ordinis,

SUB PRÆSIDIO

VIRI MAGNIFICI, NOBILISSIMI, AMPLISSIMI,
CONSULTISSIMI, atque EXCELLENTISSIMI

DN. CHRISTOPHORI PHI-
LIPPI *Richters* /

J. U. D. FAMIGERATISSIMI, COM. PAL. CÆ-
SAR. CONSILIARII SAXONICI EMINENTISSIMI, DECRE-
TALIUM P.P. CELEBERRIMI, FACULTATIS JURIDICÆ ORDINA-
RII MERITISSIMI, DICASTERII PROVINCIALIS ET SCA-
BINATUS ASSESSORIS PRIMARI
GRAVISSIMI,

Patroni & Promotoris sui æternum devenerandi,

Pro Summis in Utroque Jure Honoribus, Digni-
tatibus & Privilegiis DOCTORALIBUS rite ac solenni-
ter consequendis,

Publico Eruditorum examini submittit

ULRICUS *Wesaler* / Dorpato-Livonus,

IN ACROTERIO JCTORUM

Ad. d. Julii horis ante- & Pomeridianis.

J E N Æ, Literis KREBSIANIS, 1660.



DISTINCTIO MANUCRIPALIS JURIDICA
RETIORIS

MANUCRIPALIS

DISTINCTIO MANUCRIPALIS

DISTINCTIO MANUCRIPALIS

DISTINCTIO MANUCRIPALIS

DISTINCTIO MANUCRIPALIS

DISTINCTIO MANUCRIPALIS

DISTINCTIO MANUCRIPALIS

DISTINCTIO MANUCRIPALIS

DISTINCTIO MANUCRIPALIS

DISTINCTIO MANUCRIPALIS

DISTINCTIO MANUCRIPALIS

DISTINCTIO MANUCRIPALIS

DISTINCTIO MANUCRIPALIS

DISTINCTIO MANUCRIPALIS

DISTINCTIO MANUCRIPALIS

DISTINCTIO MANUCRIPALIS

DISTINCTIO MANUCRIPALIS

DISTINCTIO MANUCRIPALIS

DISTINCTIO MANUCRIPALIS





I. N. I, A!

Sine Quo

Nullius est felix conatus & utilis unquam.

THESIS I.



Um a definitione, ut omnium rerum precipua, quæ quandoque res ipsa est, & a qua omnes Artes & Scientiæ sunt auspicandæ, auspicari plurimas viderim Disputationes; unde & more recepto aliquid de illa dicere fert animus. Quæ autem potissimum duplex statuitur: Una nominis; altera rei.

TH. 2.

Quod ad nominis attinet definitionem, observanda est *Etymologia* *Etymologia*, unde scil. *Retorsio* derivetur; derivatur autem a verbo *retorquere*, h. e. regerere, reflectere, vel repellere injurias in eum, qui in nos illas emisit vel intorsit; a cujus verbi Supino *retorsio* & *retortio* descendit. Communiter tamen *retorsio* scribi solet.

3.

Ab hac sententia multum decedit Dn. Henningus Renemannus, Criticus peracutus, (uti ab Harpr. *ad Inst. tit. de Injur. §. ult. n. 90.* ita appellatur) qui *tract. de Jure retort. in Pref. th. 1. lit. D. 1.* hanc vocem apud ullum ita exstare Latinitatis Autorem non credit. 2. Contra *Orthographia principia* intrusam arbitratur, quod *torqueo* in Supino non *torsum*, sed *torcum* habeat. Verum Resp. ad 1. quod mihi t. unica Plinii, *admirabilis industria Scriptoris*, Autoritas sufficiat, qui expresse lib. 20. c. 17. tale exemplum adducit: *Privatim ejus usus contra torsiones stomachi in tepida aqua & cruditates &c.* Deinde ad

A 2

idem



idem Resp. magni nominis Viros etiam vocabulum *retorsionis*,
usurpare, uti videre est apud Magis. nostrum Dn. Richterum
Magn. Dn. Carpz. Colleg. Argent. Consult. Constit. Saxon. tom.
2. p. 2. q. 43. Nob. Dn. Hahn. & alios *infra cit. loc.* 3. Etiam
in Corpore Juris, & quidem *Canonico* ita scribi invenio, *in cap.*
ad nostram. 21. ibi: quasi per extorsionem &c. de Jurej. 4. Re-
sponderi solet, quod in omni disquisitione *λογομαχία* vitanda
sit, deque verbis sive nominibus nos non adeo, ut de rebus ipsis,
solicitos esse oporteat, *arg. l. 3. §. 9. ibi: melius est fer sum ma-*
gis, quam verba amplecti &c. de Adim. vel transf. legat. Ad 2.
dubium respondeo, quod contra *Orthographie principia* illa
vox non sit intrusa, cum *torqueo* in *Supino* etiam *torsum* habe-
at; cum itaque perinde sit, an scribatur *retorsio* ac *retortio*, hinc
& *Communiorem & Receptiorem loquendi & scribendi a sum,*
imprimis *Euphonia* gratia amplector.

Homonymia

Deinde circa nominis definitionem obvenit *Homony-*
mia, quotupliciter nimirum illa vox usurpetur. Sumitur au-
tem 1. illa vox pro *aqualitate* inter actorem & reum in iudicio
litigantes servanda, E. g. Ut Reus, obstrictus personaliter in
iudicio comparere non aliter teneatur, nisi Actor idem fa-
ciat. Vid. *Mynf. cent. 3. observ. 4.* 2. Sumitur pro *talionis* jure
in hereditatibus & successione locorum diversorum di-
versis, E. g. Si in quadam civitate vel regione certæ quædam
personæ a successione & hereditatibus excludantur, quod
eadem personæ in alia civitate vel provincia succedere non
possint; vel: si alicubi hereditates, legata, fideicommissa, ge-
radam, utensilia, res expeditorias, & similes e suis locis, nisi
certa aliqua parte retracta, (quod *Jus detractiois & emigra-*
tionis, seu *gabellarum*, Germ. *der Abzug/ Nachsteuer*, alias appel-
lari consuetum) aliò transferri non patiantur, quod tunc
idem jus contra hujusmodi retorqueri, & easdem res ite-
rum, nisi certa parte retracta, etiamsi jus detractiois & emi-
grationis eo in loco haud moris, denegari liceat, *Constit.*
Elect. Saxon. p. 3. C. 38. ibique Magn. Dn. Carpz. & Möller.
apud quos plura & exempla, & casus, & Doctores allegantur.
Vid.

Vid. etiam Magn. Dn. Carpz. *Resp. Elect. l. 6. tit. 4. resp. 37. n. 1.*
§ seqq. & late hac de re Berlich. p. 3. *Conclus. 51. qui num. 3. mul-*
tos tam Juris Civilis, Canonici, quam & Divini textus, quibus
hoc retorsionis jus probari potest, adducit. 3. Sumitur voca-
bulum retorsionis pro *repulsione injuriarum verbalium, qua ac-*
ceptio hujus loci, vel disputationis propria.

Denique circa nominis definitionem restat *Synonymia*, *Synonymia*,
Vocatur itaque non solum *Retorsio*, verum etiam *Retortio*, *Re-*
torcucio, *Retorquutio*, *Reproperatio*, *Recriminatio*, *Relatio*, vel *In-*
juriarum Relatio, *Repulsio*, *Retaliatio*. Germ. *Abgedrungene Eh-*
ren-Rettung Vid. Excell. Dn. *Struve* / *Disp. Inaug. de Vind. priv.*
tb. 46. & Rennemann, cit. loc.

Purgata ita *nominis definitione, rem ipsam, sive rei defini-* *Definitio*,
tionis aggregatio, quae satis esse potest: Retorsio est legitima
injuriæ verbalis ab injuriato in ipsummet injuriantem præsen-
tem, vel absentem, verbis, vel ore prolatis, vel scriptis, honoris
sui tuendi causa in continenti propria autoritate facta *repul-*
sio, vel vindicatio.

Dicitur retorsio *legitima*, & quidem 1. *Omni Jure*, per ex-
pressum textum *l. 45. §. 4. ibi vim enim vi defendere omnes le-*
ges, omniaque Jura permittunt &c. Ad L. Aquil. add. cap. signi-
ficasti. 18. vers. si vero &c. de Homicid. vol. vel cas. §. cap. si vero 3.
de Sentent. excommun.

Defendi enim hoc retorsionis jus potest in specie 1. *Jure*
Naturali, quia illo Jure necessariam defensionem etiam omni-
bus animantibus ingentam esse tradit *Perez. ad Inst. tit. de Ju-*
re N. G. & C. Vid. Excell. Dn. Struve / *d. Disp. Inaug. tb. 49.*
ubi late & elegantissime *Jure Naturali* hoc retorsionis jus defen-
di posse ostendit.

2. *Jure Gentium*, per *cit. l. 45. §. 4. & l. 1. §. 4. l. 3. de J. & J.*
Idem confirmare videtur locus *Aristotelis 2. Rhetor. 2. ubi*
A 3 dicit,

dicit, quod referentes injuriam non afficiant injuria, sed vindicent injuriam. Hanc assertionem etiam vero esse consentaneam putat Renneman, p. 3. th. Sane inquam, nec diffiteri possum, nec volo, fuisse quandam olim, & ab omnibus retro seculis, in hoc usque tempus usu receptam verborum retaliationem &c. & paulo post lit. A. illud dictionem German. subnectit: Gut Grub/ gut Antwort. Item: Wie man in den Wald schreyet/ so schallet es wieder heraus.

10.

3. Juris & Civilis robore potest defendi 1. per l. 3. ibi: ut vim atque injuriam propulsemus &c. de J. & J. 2. per l. 25. ibi: Dominum mentiri, item: ferendus erit pudorem suum purgans. de procurat. & defens. 3. per l. 14. §. 6. ubi: Si retorfit in eum crimina, ignoscendum est ei, si voluit se ulcisci. de Bon. libert. 4. per l. fin. ibi: beneficio hujus editi uri licet. Quod quisque juris &c. 5. per l. 5. ubi: Nec crimen aliquod periturus est: cum sibi arbitrium ultionis suae sciat esse concessum. de Metatis & Epidemet. lib. 12. Vid. plures textus apud Fachin. lib. 9. Controv. 12. Ex quibus textibus quidem non *expresse*, seu *explicite*, in Jure Justiniano retorsionem injuriarum fundatam esse, probari; tamen, *implicite* in illo latere, ostendi, & argumenta exinde, remedium hoc non esse injustum, iisdemque aliquo modo convenire, eleganter deduci potest. Vid. Excell. Dn. Struve/ cit. loc. & Nob. Dn. Hahn. ad Wesenb. tit. Quod quisque jur. &c. versic. Sed nec qui statuit. Diss. Renneman. p. 2. th. 39. hic 1. objicit, quod legibus, seu Jurisprudentia Romana plane hoc retorsionis jus sit invidiosum & incognitum. Resp. Si non *expresse* & *explicite*; *implicite* tamen ex legibus illud constare & probari posse. 2. Objicit p. 2. th. 3. quod leges (posito scil. retorsionis jus in illis latere) non debeant contrariari Sacris literis. Resp. negando, scilicet: retorsionis jus Sacris Literis haud contrariari, illudque ob humanae naturae imbecillitatem, aliasque causas, modo secundum requisita fiat, tolerari posse, arg. Nov. Leon. 83.

11.

4. Jure Canonico, per textum cap. Si vero 3. ubi: Si vero
Clo-

41
3
Clericum vim sibi inferentem vi quis repellat, vel lædat &c. de
Sent. excomm. cap. significasti. 18. vers. Si vero, ibi: Quamvis vim
vi repellere omnes leges, & omnia jura permittant &c. de Homicid.
vol. vel cas. cap. cum te. 23. ibi: quod nulla fuerit vel minima facta
injuria, ibique Gl. verbo: minima. de Sent. & re jud. can. ea vin-
dicta. 51. XXIII. q. 4. can. si quem. 8. S. notandum. vers. Si autem
&c. ubi: inconsultus calor calumniæ vitio caret, & ob hoc nul-
lam poenam huic irrogari oportet. II. q. 3. Vid. etiam can. 21. de
pœnit. dist. 1. can. 22. de pœnit. d. dist. 1. vel can. Si quis. 5. II. q. 3. can.
11. dist. 45. & infra tb. 49. Non obst. cap. veniens. 16. ubi: alter-
natim convicia ingerendo certavit, propter quod cum graves i-
nimitias incurrisset quidam &c. de Jurejur. Resp. cum Fachin.
cit. loc. aut retorquentem moderamen inculpatæ tutelæ in illo
cap. excessisse, aut non in continenti, vel non se purgandi & ho-
noris tuendi, sed injuriandi animo convicia retorsisse. Vid. in-
fra tb. 79.

12.

Denique 5. Jure Divino, & quidem 1. per cap. Jerem. 37.
v. 13. & 14. ubi: Ad Chaldaeos transfugis. Respondit Jere-
mias: tu mentiris: Germanice Lutherus ita interpretatus:
Das ist nicht wahr! Ich will nicht zu den Chaldæern fallen. Ob-
jicit hic iterum Diss. Renneman. p. 3. tb. 2. quod versio neque
vulgata, neque alia sic habeat, sed ita: falsum est. Resp. autem
breviter, quod nihil referat, sive mentiris, sive falsum est, di-
catur, dummodo animus injuriandi absit; hancque responsio-
nem approbat Fachin. cit. l. dum inquit: Dicens, tu mentiris,
non habet animum injuriandi, sed se purgandi, eo, quod falso cri-
men objiciatur. Vid. infra tb. 73. (Hoc quidem lubenter con-
cedo, quod verbum mentiri alias injuriosum sit, teste Br. in l.
15. S. 2. n. 3. de Injur. &c. Vid. Gail. 2. obs. 100. num 3. & obs. 101.
n. 1. Schneidew, ad §. 1. n. 8. I. de Injur. & §. 30. n. 24. I. de Acti-
on. & Harpr. cit. loc. n. 120.) 2. per cap. 1. Regum 3. vers. 22. &
22. ubi meretrix, cujus filius vivebat, alteri meretrici sic ait: men-
tiris. Fachin. cit. loc. Diss. Renneman. hic iterum objicit p. 3. tb. 38.
& locum a Fachin. citatum tum ob versionem minus pro-
bam, tum ob alias circumstantias nihil movere dicit. Verum
bre-

7

breviter respondeo cum ipso Rennem. *cit. loc. lit. E.* sufficere, quod vulgata lectio ita sonet. Ad circumstantias autem omnes a Rennem. allatas, quod scilicet fuerint vilissimæ meretriculæ &c. idem: pudeat, *inquit*, Fachinæum & omnes affectas! quod ex historiis sacris talia exempla exsculpere audeant &c. hac vice respondere potius tractatum, quam disputationem scribenti relinquo. 3. *Proverb. 26. v. 5.* Vid. Harpr. *cit. loc. n. iii. 4. arg. Exod. 22. vers. 2. & 3. & Num. 25. vers. 8. & 11.* in illis enim textibus expresse privata permittitur vindicta, ideoque etiam hanc privatæ defensionis speciem, imprimis *nullibi in Sacris* prohibitam, permitti posse nemo negabit, Excell. Dn. Struve *cit. loc. tb. 49.*

13.

Deinde retorsio legitima (vid. *supra tb. 7.*) dici potest ex hisce *rationibus*, quarum prima hæc est: quod fama & vitæ æquiparentur, *l. 9. ibique Gl. verbo: infamia & Gothofr. de Manum. vind. Gail. 1. Observ. 10. n. 2.* ubi plures textus allegantur. Vid. etiam Harpr. *cit. l. n. iii. Arum, ad Pand. Disp. 24. tb. 11. & timor infamæ major sit, quam mortis, l. 8. §. 2. Quod met caus. & 2.* Jam autem vitæ & corporis tutandi causa licet aggressorem non solum vulnerare, sed etiam occidere, per allegata *infra tb. 84.* E. etiam jure permissum erit injuriam illatam honoris seu famæ tutandæ causa contrariis verbis: *ta mentiris*, propulsare. Hinc etiam recte dicitur: crudelis est, qui famam negligit suam, *can. nolo. 10. XII. q. 1. can. non sunt audiendi. 56. XI. q. 3. Vid. infra tb. 37. 2.* quia difficillimum est, justum dolorem, qui ex illata procedit injuria, temperare, *l. 38. §. 8. Ad L. Jul. de Adult. coerc. 3.* quia nihil retorquens delinquit. Agit enim id, non ut alteri, sed ne sibi nocitum sit, *l. 2. §. 9. de Aqua & aq. pl. arc. Arum. ad Inst. Exerc. 17. tb. 17. sub. fin. 4.* quia retorsio expeditissimus est vindicandi modus. Vid. Exc. Dn. Struve *d. tb. 49. fere sub fin. 5.* quia postero die quis in probatione ob testium defectum potest succumbere. 6. quod quandoque lites ut plurimum per apices Juris & subtilitates legum domi excogitatas, & in scriptis conceptas valde protrahantur, Magn. Dn. Carpz. *p. 1. C. 1. def. 4. n. 1. 7.* quia per hoc

hoc remedium ita litis molestias quis effugit. Magn. Dn. Carpz. p. 3. Decis. 247. n. 1. sumptibusque parcat, uti infra th. 102. Vid. Volckm. Notariat. Kunst. p. 2. cap. 83. form. 1. ita inquit: Weislen es im Proceß langsam zugehet / und che man zu Ende kommet / leichtlichen ein oder der ander Theil darüber versterben könnte / zu dem ich / oder er / auch den Proceß nicht zu verlegen hat / die Retorsiones injuriarum in Rechten verstattet und nachgelassen. Vid. infra th. 67. & 73.

14.

Denique retorsio legitima dici potest auctoritate & opinione gravissimorum Virorum, quorum Catalogum, tam qui defendunt, quam qui impugnant, qui desiderat, audiat & adeat saepe & nunquam satis laudatum Excell. Dn. Struve d. Diss. Inaug. de Vind. Priv. th. 49. & Rennem. d. tr. de Jure retort. p. 1. th. 5. & p. 3. th. 53. & seqq.

15.

Quo autem Jure Jus Retorsionis, cum vix ac ne vix quidem ^{Quæritur,} expresse legibus probari, & defendi poterit, tolerari queat, non incommode quæritur? Respondetur, quod Jus retorsionis tam Jure Naturali, quam Jure non scripto, vel moribus seu Consuetudine defendi & tolerari possit. Hujus ergo Retorsionis Juris causa efficiens remota erit Jus Naturale. Celleg. Argent. ad tit. ^{causa efficiens.} de Injur. n. 14. Propinqua vero causa efficiens est Consuetudo, vel Mores, quibus hoc retorsionis jus introductum esse, testes sunt locupletes supra citatus Excell. Dn. Struve d. Diss. th. 49. Nob. Dn. Hahn. ad Wesenb. tit. de Injur. n. 18. in pr. & Rennem. p. 3. th. 27.

16.

Quamvis itaque Jus retorsionis introductum sit moribus, moribus tamen iterum atque iterum exterminandum esse censet Rennem. p. 2. th. 4. & seqq. Exinde hæc rationes affert, quarum prima huc redit, quod Retorsio ansam propriæ præbeat vindictæ, ideo exterminanda. R. negando consequentiam, quia non omnis privata vindicta, uti & ipse Diss. Author. lit. A. subjungit, est prohibita, E. g. offensio hostis, adulteri filia, uxoris &c. Regerit autem Diss. Author, quod propter solam necessitatem

B

tem



tem licita sit privata vindicta. R. iterum hocce negando. Nam quando pater adulterum filiae occidit, tunc nulla ibi adest necessitas, cum ad Magistratum hoc potuerit deferri; & tamen excipitur casus hujusmodi ab ipso Dissentiente Authore *alleg. loc. tb. 4.*

17.

Secunda Rennemanni ratio hæc est, quod retorsio malum malo recompensandum, & criminantem recriminandum faciat. R. hoc verum esset, si animo injuriandi & nocendi hoc fieret; quod tamen in retorquente negamus, quia retorquet tantum ad honorem defendendum. Excell. Dn. *Struve c. l. tb. 49.* Regerit autem semel atque iterum Rennem. distinctionem in *in tb. sua 6. d. p. 2.* rejiciendo. Sed R. quod illa distinctio non statim rejicienda veniat, quippe quæ certis nititur fundamentis: Ex Jure enim *Civili* potest stabiliri per expr. textum *l. 45. §. 4.* ubi in f. Si tuendi duntaxat, non etiam ulciscendi causa factum sit, & *ibi. Gl. verbo: ulciscendi. Ad L. Aquil.* Jure vero *Canonico* per textum *cap. significasti. 18.* ibi: non ad sumendam vindictam, sed ad injuriam propulsandam. *de Homicid. vol. vel cas. Vid. etiam can. l. XXIII. q. 3.*

18.

3. Objicit Rennem. *d. p. 2. tb. 5.* Dicta *Sacra Scriptura* in medium adducendo, uti *Deuter. 32. vers. 35. Rom. 12. v. 19. Hebr. 10. v. 3.* & multos alios textus, in quibus DEO vindicta ascribitur. R. regulariter DEO & Magistratui vindicta est attribuenda, ut ita hoc modo regulariter vindicta privata sit prohibita; possunt tamen casus *tb. 12. sub fin. & tb. 16.* enumerati & similes excipi. Add. Excell. Dn. *Struve c. l. tb. 5. 9. & seqq.*

19.

Deinde adducuntur à Rennem. *cit. loc.* textus: *Levit. 19 v. 18. Sir. 28. v. 1. Matth. 5. v. 44. 1. Pet. 3. v. 9.* & multi alii, quibus prohibetur vindicta privata. Ad quos tamen textus responderi assolet, illos loqui de illis, qui animo nocendi & injuriandi vindictam exercent privatam; non autem de iis, qui defendendi causa injuriam in se illatam secundum legitimos præ-

præscriptos retorquent modos. Plura p. 2. th. 8. à Rennem. us-
que ad p. 3. tractatus sui in contrarium sunt allata, quæ tamen
omnia hujus loci non est examinare. Consulatur Excell. Dn.
Struve d. diss. th. 49. ad singula & præcipua Rennemanni ar-
gumenta breviter & nervose respondens.

20.

Denique objici etiam possent dicta Patrum, qui plane &
plene prohibuere, ne quis retorqueat. At R. I. si ita stricte,
prout jacent, Patrum dicta observare vellemus, sequeretur,
actionem injuriarum à nobis etiam esse omittendam. Dein-
de respondetur, illa dicta in utramque partem posse disputa-
ri. Ut autem res fiat clarior, in medium afferre placet illud
Ambrosii, Episcopi Mediolanensis, de Offic. Qui non repellit,
inquietis, à socio, si potest, injuriam, tam est in vitio, quam ille,
qui infert.

21.

Antequam autem ad ipsam materia descriptionem ac-
cedamus, queritur: An etiam statuto hoc retorsionis jus inhiberi ^{Quæritur}
possit? N. quia Jus naturale est immutabile, S. u. I. de Jure N.
G. & C. Jam autem Jure Naturæ unicuique permissum est se
defendere. Retorsio autem defensionis est species. Magn. Dn.
Carpz. p. 3. Decis. 247. n. 12. & decis. 248. n. 10. Ergo neque Im-
perator tollere licet, quæ Juris naturalis existunt. Clem. pasto-
ralis. 2. vers. caterum & c. de Sent. & re jud. Diss. Harpr. cit. loc. n.
126. & seqq. Hoc quidem lubenter largior, 1. quod importuni-
tas retorsionum statuto tolli possit. 2. quod etiam statuto in-
hiberi queat alteri dicere: tu mentiris, præsertim, cum aliquis
nulla cogente necessitate, nulla precedente provocatione, vel injuria
mendacium alicui impingat. Vid Colleg. Argent. tit. de In-
jur. n. 21.

22.

Materiam itaque retorsionis proprie sic dictam jam aggre- ^{Materia}
dior, (quæ dicitur materia ex qua) & est injuria verbalis contra ^{ex qua}
falso injuriantem retorsa.

23.

Materiam autem analogice sic dictam quod attinet, est illa
vel in qua, vel circa quam.

B 2

24. Ma-



Subjectum
sive mate-
ria in qua.

24. *Materia in qua, sive Subjectum* retorsionis sunt personæ,

26. *Subjectum* autem iterum dupliciter consideratur, aut *active*, aut *passive*.

Subjectum
activum.

26. *Subjectum* itaque retorsionis *activum* sunt personæ, quæ permissam retorquendi potestatem habent, & quæ non.

Qui pos-
sunt retor-
quere

27. Possunt itaque 1. *regulariter omnes*, verbali injuria affecti, honorem, famam, atque æstimationem suam retorquendo defendere, Harpr. *cit. l. n. 143. Berl. p. 5. Conclus. 64. n. 9.*

28. 2. *Pupillus & minor 25. annis* absque tutoris & curatoris consensu & autoritate, *arg. l. 1. §. 11. Si quadrup. paup. fec. dic. l. ult. in pr. C. Qui legit. pers. & c. l. 1. C. Si per vim vel al. mod. & c. & pr. l. de Auct. tut. Non obli. l. 1. & 2. C. Qui legit. pers. stand. & c. Cum aliud obtinet in judiciali, aliud in extrajudiciali defensione. Vid. Harpr. *cit. l. n. 146.**

29. 3. *Filius familias* absente Patre, *arg. l. 17. §. 11. de Injur. secus præsentem & nolentem, arg. d. l. 17. §. 12. nisi patris persona vilis abjectaque sit, filii vero honesta, arg. d. l. 17. §. 13. Gl. ad l. 30. in pr. verbo: quin, de Pact. Rationem hanc addit sæpius laudatus Excell. noster Dn. Struve d. *Disp. th. 51. quod filius merito patri obedire debeat injuriam remittere volenti, præsertim, cum eadem injuria ipsum quoque parentem spectet, per §. 2. l. de Injur. & l. 2. C. Eod. Diss. Colleg. Argent. d. tit. de injur. n. 15. Harpr. d. l. n. 147. & seqq. Berl. *cit. l. n. 11.***

30. 4. *Pater* tam suo, quam filii nomine, *arg. l. 41. l. 1. §. 3. de Injur. & c. §. 2. l. Eod. Ratio solet hæc affectri, quod Patris sit, tueri filium in omnibus, l. 17. §. 18. in f. de Injur. Diss. Harpr. c. l. n. 152. & seqq. Halbritt. in tr. de Injur. cap. 6. de retorsionibus, sub tit. *Qui possunt retorsionis remedio uti. sub. f. Berl. c. l. n. 12.**

31. 5. *Ma-*

31.
5. *Maritus* tam suo, quam uxoris nomine, per leges jam t. b. 30. alleg. add l. 2. C. de Injur. Ratio est maritalis potestas, ob quam defendi uxores à viris, non autem viros ab uxoribus, a quom esse dicitur. d. §. 2. l. de Injur. Diss. Harpr. cit. l. n. 156. & seq. Halbritt. & Berl. cit. loc.

32.
6. *Sponsus* tam suo, quam sponsæ nomine, arg. l. 15. §. 24. de Injur. & c. Ratio vero talis additur in d. l. 15. quod etiam ad contumeliam sponsi spectet injuria, quæcunque sponsæ ejus fiat.

33.
7. *Cognatus* atrocem ob illatam injuriam, arg. §. 2. in f. de Injur. Ratio hæc solet dari, ne scilicet macula toti familiæ inureret. Vid. Ernest. Cothman. V. 2. Resp. 59. n. 45. 97. 146. & seqq.

34.
8. *Procurator* speciale retorquendi mandatum habens, arg. l. 1. §. 2. l. 42. §. 1. de Procurat. & c. l. 11. §. 2. l. 17. §. 19. de Injur. & c. idem, alieno & suo nomine, si in procuratione convitiis profectus est. arg. l. 25. ibi: nisi forte & c. de Procurat. & c. Colleg. Argent. d. l. & n.

35.
9. *Deportatus*, arg. l. 17. in fin. de Pæn. l. 15. pr. de Interd. & releg. & dep. In quibus textibus dicitur, deportatum solummodo amittere ea, quæ Juris sunt Civilis, quæ autem sunt Juris Naturalis & Gentium, retinere.

36.
10. *Infamis* ex falsa insimulatione gravioris infamiæ. Ratio expedita est, quia licet ipse vere sit infamis, non tamen illa, quæ ei objecta fuit, sed leviori infamia laborat. Infamia enim, uti constat, suos habet gradus. l. 27. ibi: vel levis notæ macula aspergantur. C. de Inoff. donat. l. 39. in f. de Furt. Harpr. e. loc. n. 181. Colleg. Arg. cit. l. & n.

37.
11. *Vasallus*, arg. 2. F. 6. vers. Dominus qq. & c. ubi dicitur, Dominum feudi injuriam vasallo inferentem peccare contra



Consuetudines feudales, quæ præcipiunt, ut Dominus feudi vasallo in omnibus vicem reddat. Schrad. *tr. de feud. p. 9. cap. 4. n. 114.* Ratio vero hæc 1. affertur, quod retorsio defensionis sit species, uti *supra th. 21.* dictum, 2. quod vasallo, secundum quorundam Doctorum veriore sententiam, pro defensione rerum suarum licitum atque permissum sit, Domino feudi de facto procedenti resistere, seque contra hanc violentiam defendere; Ergo multo magis honorem; cum fama, seu honor omnibus rebus & divitiis sit multis modis præferendus. *Proverb. 22. v. 1. Sir. 41. v. 15. & 16. l. 26. in pr. ibiq; Goehofr. Si quis omiss. caus. testam. & c. l. 8. §. 2. Quod met. caus. Vid. supra th. 13. Harpr. c. l. n. 193. & seqq.* Dissentit hic nonnemo, per textum 2. *F. 23. vers. quomodo enim & c.* ubi dicitur, quod vasallus, quam humiliter, quam devote, quam benigne, quam fideliter se erga Dominum suum debeat habere.

38.

12. Dominus servi nomine, si nimirum huic atrox injuria illata, quæque aperte ad contumeliam Domini respiciat, *arg. §. l. de Injur. l. 17. §. 2. Eod.*

39.

13. Is, in quem retorsio facta, ratione scil. excessus. E. g. cum quis modum retorsionis legitimum excefferit. *Vid. Excell. Dn. Strube c. l. th. 51. inf.*

40.

Qui non

Non possunt 1. regulariter omnes, quibus verum crimen objectum, retorquere, *arg. l. 18. pr. de Injur. Schrad. d. tr. de feud. p. 9. cap. 4. n. 119.* imprimis si Reip. inter sit, infamiam istam manifestari. *Gail. 2. Obs. 99. n. 1. & seqq. Myns. cent. 4. Obs. 4. n. 4. Fachin. 9. Contr. 19.* Qui enim verum crimen alteri objicit, non mentitur: mentiri autem est scienter falsum dicere, *l. 1. §. 1. & ibi Gl. lit. A. Ad Sctum Turpill. & c. Harpr. c. l. n. 179. & seq. & ad §. 1. Inst. de Inj. n. 98. & seqq.* ubi contraria etiam solvit,

41.

2. Quibus nulla facta injuria. *Excell. Dn. Strube cit. loc. th. 51.*

42. 3. In

24.

3. *In quem legitime retorsio est facta, arg. l. fin. Quod quisque Jur. & c. Excell. Dn. Struve c. l. & c. ib. Vid. Cothm. c. l. n. 121.*

43.

4. *Procurator constitutus ad actionem injuriarum intentandam & prosequendam. Finis enim mandati egredi non debet, §. 8. l. de Mand. l. 5. pr. l. 4. ff. Eod. arg. l. 32. §. 15. de Recept. & c. cap. venerabili 37 vers. quorum processus & c. de Offic. & pot. Jud. deleg. aut generale mandatum habens. Quæcunque enim ardua sunt, & ab animi dependent declaratione, mandatum speciale requiruntur, nec per procuratorem, cum generali mandato constitutum, expediri possunt, arg. Clem. non potest, 2. circa fin. de Procurat. & c. Colleg. Arg. c. l. n. 16. Harpr. c. l. n. 167. & seqq. Berl. c. l. n. 16.*

44.

5. *Servus, arg. §. 3. de Injur. Excell. Dn. Struve c. l. tb. 52.*

45.

6. *Bannitus, sive proscriptus. Habetur enim 1. pro mortuo, arg. l. 65. §. 12. Pro soc. 2. Ubiqunque licita est offensio, prohibita est defensio, arg. l. 3. Ne vis fiat ei & c. l. 4. C. de His, qui ad Eccles. confug. & c. l. 5. C. de Jur. fise. 3. Quemcunque licet occidere, eum multo magis contumelia afficere possumus, arg. l. 22. §. 3. Ad L. Jul. de Adult. coërc. l. 11. in f. de Liber. & posth. At qui Bannitum occidere licet, per textum clar. in Ordin. Cam. Imp. parat. 2. tit. 9. §. Eo temand. vers. Eobald auch der & c. Ergo & c. Vid. Gail. lib. 2. de Pac. publ. c. 1. n. 23. cum seqq. Harpr. c. l. n. 175. cum seqq. Diss. Rennem p. 3. tb. 23. lit. D. Si enim, iniquiens, Retortio est innocentia purgatio, & defensio Jure Naturali concessa: quæ ne quidem Diabolo, ut vulgus loquitur, denegari debet: Harpr. n. 125. (in noviori editione 142.) & 137. (154.) quo illa Jure Bannito, si falsi criminis ipsi convicium objiceretur, denegabitur? nisi quis illum Diabolo pejorem autumare velit: quod absurdum mihi.*

46.

7. *Infamis, cui simpliciter infamia objecta, nulla criminis qualitate adjecta, Harpr. n. l. n. 181. Berl. c. l. n. 17. Colleg. Argent. c. l. n. 26.*

47. Sub-



Subiectum
passivum,

47.
Subiectum jam retorsionis *passivum* accedimus; & sunt personæ, adversus quas permissum & non permissum injuriam retorquere.

Adversus
quos per-
missum est
retorquere

48.
Permissum est itaque 1. *Regulariter adversus omnes*, qui verbalem intulerunt injuriam, retorquere. In hoc enim actionem injuriarum cum retorsione convenire, & esse hæc duo convertibilia existimant Magn. Dn. Carpz. p. 3. *decis. 248. n. 1.* & Excell. Dn. *Struve cit. l. 1b. 52.* ita ut, contra quemcunque datur actio injuriarum, contra eum quoque detur retorsio, per l. 156. §. 1. *de R. J.*

49.
2. Non tantum *adversus viles & humiles*, sed etiam *egregias & in dignitate constitutas personas*, arg. l. *fin. C. de Injur.* ubi personæ quoque *Illustres* injuriarum actione conveniri possunt, cap. *si vero 3. vers. si vero Clericum vim & c. de Sentent. excom cap. significasti. 18. vers. si vero & c. de Homic. vol. vel. cas. Gl. ad cap. fin. in pr. verbo: percusserit. de Pœnis in 6to.* ubi defensio etiam *adversus Cardinalem* permittitur. Rationem vero talem addit *Gl. alleg. cap. Non enim hic peccat, cum autoritate legis id faciat, per expr. can. qui peccat. 40. XXIII. quest. 4. l. 4. C. Ad L. Jul. de Adult. & c.*

50.
3. *Adversus Parentes*, si liberi amplius non sunt in potestate. Nam his, qui adhuc sunt in potestate, prorsus non competit retorquere, etiamsi atrox fuerit injuria, arg. l. 7. §. 3. *de Injur. & c.* 2. liquido apparet, parentes injuriandi & diffamandi causa filios ultra modum, & quidem atrociter objurasse, arg. l. 35. *de Relig. & sumpt. fun. d. l. 7. §. 3. de Injur. & c. & l. 10. §. 12. de Injus vocand. Obst. l. 3. C. de Patr. potest. l. un. C. de Emendat. propinq. & multa leges à Magn. Dn. Carpz. d. p. 3. Decis. 248. n. 3. & seqq. Harpr. c. l. n. 185. & 189. & infra tb. 59. allegata.* Sed ad has cum Magnif. Dn. Carpz. *cit. loc. n. 7. respondeo*, regulariter & in levioribus injuriis ita obtinere, per d. l. 7. §. 3. *de Injur. & fam. lib. ubi & notatu dignum tale præ.*

3
præjudicium n. 25. subnectit: Ita Scabios Lipsienses ad Con-
sultationem Matthæi B. zu IV. Mens. Jun. Anno 1623. decidisse.
Verba sentent: Habt Ihr einen Vätter/welcher allbereit
sich verheyrathet/ auch seiner Studien wegen so weit kom-
men/das Er den gradum Magisterii angenommen; Nach-
deme aber sich derselbige mit seinem Vater / so ein Hand-
wercksmann/ und leichtfertigen Lebens ist / in Zwiespalt
gerathen/ in deme Er ihn vermahnet / von täglicher Bö-
lerey abzustehen / und seines Handwercks mit Fleiß abzu-
warten/hat Er bemelten seinen Sohn öffentlich einen ver-
harten Magister und Dieb gescholten/wodurch er sich höch-
lichen graviret befindet / und deswegen bey der Obrigkeit
injuriarum wider den Vater zu klagen gemeynet. Ob nun
wohl in dergleichen Fällen die actio injuriarum auch wi-
der die Eltern statt hat / wann sie nur mit solcher Beschei-
denheit angestellet wird / das daraus den Eltern keine infam-
ia zuwachse / oder einiger Schimpff zugezogen werde.
Dieweil aber dennoch der injuriatus eurem selbst eigenen
Bericht nach bemeldte injurien wider seinen Vater retor-
quirit / wodurch denn die actio injuriarum aufgehoben
worden. So mag numehr dieselbe von Ihme nicht ferner
angestellet werden. Es ist aber auch der Vater daher/ als
wann er von seinem Sohne durch die beschene retorsion
an seinen Ehren benachtheiligt wäre/ weil dergleichen re-
torsio auch den Kindern wider die Eltern in wichtigen in-
jurien zugelassen/ wieder Ihn zu klagen nicht berechtiget /
B. R. W. Rectius tamen liberos ob pietatem debitam hanc pri-
vatam vindictam contra parentes non debere exercere, sed judi-
cio experiri, existimat Excell. Da. Struve c. l. 52. Imo ob na-
turalem conjunctionem, onus educationis & alimentationis, reve-
rentiam, pietatem, equitatem &c. hanc privatam vindictam neq;
exercendam, neque judicio proponendam, sed Deo committen-
dam esse, videtur evinci posse ex Sacris textibus 1b. 18. supra alleg.
add. 1. Corinb. 6. vers. 7. & 1. 3. C. de Patr. pos.

C

51. 4. Ad-

7



51.

4. *Adversus Præceptores, seu Professores, ob nimiam scilicet contumeliam non emendandi, sed injuriandi: gratia factam arg. l. 5. §. 3. l. 6. Ad L. Aquil. & ll. supra th. 50. alleg. Colleg. Argent. c. l. n. 17.*

52.

5. *Adversus Magistratum privato quodam odio, seu affectu, absq; justa causa injuriam verbalem alicui irrogantem, arg. l. 32. de Injur. & c. l. 29. §. 7. Ad L. Aquil. l. 3. §. 1. Quod met. caus. & c. l. 5. l. 7. C. de Jur. fsc. Ratio solet hæc dari: Adversus quem datur actio injuriarum, adversus eundem datur quoque exceptio. l. 156. §. 1. de R. 7. Atqui adversus Magistratum isto casu subdito conceditur actio injuriarum. d. l. 32. de injur. & c. & ll. in pr. hujus th. cit. Ergo & exceptio, seu retorsio, quæ instar exceptionis est, adversus Magistratum isto casu subdito concedi debet. Obst. l. 13. §. 1. & l. 15. §. 39. l. 17. §. 2. l. 33. de injur. & fam. lib. & ll. th. 61. infra alleg. In quibus textibus injuriarum actio adversus Magistratum non competit; Ergo nec exceptio, seu retorsio, Ad quos tamen textus facile responderi potest, quod pro Magistratu quidem præsumatur, corrigendi gratia, rationeque sui officii injuriam esse illatam, per expr. d. l. 13. §. 1. de Injur. & c. aliud tamen obtineat, si evidens & perspicuum sit, quo de casu nostra hæc loquitur thesis, Magistratum privato quodam odio injuriam intulisse. E. g. subditum in carcerem indebite conjecisse &c. Vid. Harpr. c. l. n. 190. & seqq. Colleg. Arg. c. l. n. 17. Berl. cit. l. n. 20.*

53.

6. *Adversus Patronum, si atrox scilicet sit injuria, arg. l. 7. §. 2. de Injur. & fam. lib. l. 10. §. 12. de Injur. vocand. Excell. Dn. Struve c. l. th. 52.*

54.

7. *Adversus Dominum feudi, arg. 2. F. 6. vers. Dominus quoque & c. Vid. supra th. 37.*

55.

8. *Adversus Mandatorem, arg. l. 11. pr. & §. 3. de Injur. & fam. lib. §. 11. l. Eod. Harpr. c. l. n. 200. & 201, Colleg. Arg. c. l. n. 17. Excell. Dn. Struve c. l. th. 52.*

56. 9. Ad-

56.

9. *Adversus Mandatarium*, arg. d. l. 11. §. 3. de Injur. & fam. lib. Harpr. Colleg. Arg. & Exc. Dn. Struve cit. loc.

57.

10. *Adversus Advocatum*, arg. l. 6. §. 1. C. de Postul. Harpr. & Colleg. Arg. cit. loc.

58.

11. *Adversus Clientem*, si scil. sermonem Advocati injuriosum ratum habuerit, arg. l. 1. C. de Errore Advocat. & c. d. l. 11. §. 3. de Injur. & fam. lib. Harpr. Colleg. Arg. & Excell. Dn. Struve cit. loc.

59.

Non autem permissum est regulariter adversus omnes, ^{Adversus} quos non, qui jus corrigendi & castigandi habent, arg. l. 15. §. 38. de Injur. & c. & quibus reverentia debetur, arg. l. 13. de In jus voc. injuriam repellere. Quorum in numero sunt 1. Parentes, arg. l. 7. §. 3. de Injur. l. 3. C. de Patr. pot. l. un. ubi: sed jure patrio & c. C. de Emend. propinq. l. 16. §. 2. de pœn. Vid. supra tb. 50.

60.

2. *Præceptores*, arg. d. l. 16. §. 2. de Pœn. l. 5. §. 3. inf. l. 6. Ad L. Aquil. l. 15. §. 38. de Injur. & c. Vid. supra tb. 51.

61.

3. *Magistratus*, arg. l. 13. §. 1. & 6. l. 15. §. 39. l. 17. §. 2. & l. 33. de Injur. & fam. lib. l. 12. de Jurisd. l. 19. §. 7. circa f. Ad L. Aquil. Nov. 15. cap. 6. §. 1. Ratio hæc est: quia pro Magistratu præsumitur, quod non animo injuriandi, sed corrigendi gratia rationeque sui officii injuriose quippiam adversus subditum dixerit, vel fecerit. l. 13. §. 1. de Injur. & fam. lib. l. 2. ibique Gothofr. C. de Offic. civil. Jud. cap. in presentia. 6. de Renunciat. cap. sicut nobis. 16. inf. de Sent. & re jud. Vid. supra tb. 52.

62.

4. *Patronus*, arg. l. 7. §. 2. de Injur. & fam. lib. Vid. supra tb. 53.

C 2

63. 5. Pro-



63.

5. Propinqui, seu Cognati seniores, arg. l. 1. C. de Emendat. propinq.

64.

Denique 6. neque adversus Clientem, qui scilicet sermonem Advocati injuriosum ratum haud habuit, injuriam licet illatam propulsare, arg. ll. supratb. 58. alleg.

65.

Objectum:
sive Mate-
ria circa
quam,

Materia in qua ita pertractata, restat de materia circa quam dicere. Materia igitur circa quam, sive Objectum sunt injuriae verbales falso illatae, & consequenter honor, fama, atque existimatio per retorsionem conservanda, Henn. Rennem, d. tr. p. 1. tb. 9.

66.

Forma:

Materiam retorsionis subsequitur Forma. Ad formam autem retorsionis requiritur. 1. Praecedens injusta offensio: quae hic est injuria verbalis falso illata. Est enim Retorsio instar defensionis, quae nunquam locum habet, nisi offensio praecesserit arg. l. 44. sub fin. de Pact. l. 59. de Administrat. & peric. tut. Magn. Dn. Richter. Decis. 92. n. 6. ubi n. 7. praesud. remissive addit. Magn. Dn. Carpz. p. 3. Const. 38. desin. 8. n. ult. Excell. Dn. Crube d. Disp. tb. 50. & Dn. Græfe tract. de Autoritate pri- vata. class. 3. cap. 4. n. 4.

67.

2. Ut incontinenti fiat, arg. l. 3. §. 9. l. 17. de Vi & vi armi. l. 12. §. 1. Quod met. caus. C. l. 7. §. 4. Ad L. Aquil. l. 23. §. fin. in f. Ad L. Jul. de Adalt. coerc. Ratio autem talis à Gl. ad l. 1. ver- bo: moderatione. C. Unde vi, datur, quod semper retorsio ad defensionem fieri praesumatur, si in continenti fiat. Deinde etiam ratio à Magn. nostro Dn. Richtero d. Decis. 92. tb. 8. haec adducitur, quod retorsio sit instar defensionis, quae in continenti fieri debet, per ll. in init. hujus tb. alleg. ubi & ita in Dicasterio nostro illustri Mens. Jan. Anno 1630. ad requisitio- nem Caesaris Galli zu Naumburg decisum fuisse testatur. Ver- ba sent: Nun werden zwar die injurien Klagen durch retorsio- nen, so bald darauff und incontinenti geschehen / cassiret und auff

auffgehoben. Vid. etiam præjudicium *infra th. 103.* allatum. Vid. Arum. *ad Inst. d. Exerc. 17. th. 17.* Si enim Retorsio ex intervallo fiat, imprimis inter præsentem, tunc magis ad vindictam, quam honoris defensionem, idque cogitato fieri communiter censetur, *arg. l. 45. §. 4. Ad L. Aquil. Magn. Dn. Carpz. Pract. Crimin. p. 2. quest. 97. n. 25. Gail. 2. Obs. 101. n. 5. Obrecht. tract. de Necess. defens. cap. 2. n. 15. sub fin.*

68.

Et hæc, quæ *th. jam preced.* dicta, intelligenda sunt de eo, qui *presens* ipsemet injurias audivit & percepit. Ad si injuriatus sit *absens*, tunc huic, quam primum id certo resciverit, impostam injuriam, etiamsi ex intervallo & decennium præterlapsum, legitime retorquere omnino etiam permissum est, *arg. l. 6. de Calumniat. Colleg. Argent. cit. l. n. 19. Bocer. class. 3. disp. 4. th. 46. §. cl. 5. disp. 1. th. 35. Fachin. 9. Controvers. 8. Ignoranti enim factum alienum culpa objici non potest, l. 3. pr. l. 9. §. 2. de Jur. & fact. ign. nec potest commoveri animus injuria ab absente illata, antequam cognoverit sibi ingestam injuriam: proindeque nec prius regere eam potuit. Vid. Bocer. *cit. class. 5.**

69.

Absurdam hic igitur recte *questionem illam* esse existimat Excell. Dn. Strube. *c. l. th. 53.* quam proponunt Harpr. *ad. d. §. ult. n. 233. Colleg. Arg. c. l. n. 19. sub fin. Berlich. d. p. 5. Conclus. 69. n. 5.* An contra verbalem injuriam post annum, à tempore injuria illata effluxum, interponi possit retorsio? Nam aut ante lapsum anni rescivit quis sibi factam injuriam, & statim retorquere debeat; aut post annum rescivit, & recte tunc statim fit retorsio; cum & post decennium, uti *jam th. preced. supra dictum,* legitime retorqueri possit.

70.

In continentibus autem retorsio etiam fieri dicitur, quam primum quis commode & data occasione Notarium ad conficiendam & insinuandam injuriantis retorsionem habere potuit, *arg. l. 2 §. 43. Ad Scutum Tertyll. & Orphit. l. 1. de Divers. temp. prescript. Sc. l. 55. de Edil. edict. Sc. l. 2. Quis ord. in bon. poss. serv. l. 137. pr. de Verb. oblig. Ordin. Cam. Impr. p. 2. tit. 9.*

C 3

tit. 9.

cit. 9. §. 1. ad fin. ibi: zu freischer That/oder wann er seine Freunde und Helffer haben mag. Harpr. cit. l. n. 114 Rennem. cit. l. t. h. ii. lit. B. Vid. imprimis Magn. Coler. p. m. in tr. de Processibus Execut. p. 4 cap. 2. n. 2. & multis seqq.

71.

Denique in continenti & legitime etiam illa fieri dicitur retorsio: quando injuria verbis in presenti illata ex intervallo commode & data occasione per Notarium, vel testato in scriptis, sive libello; & è contra injuria in scriptis, sive libello illata per ipsum injuriatum, vel testato oretenus repellatur. Excell. Dn. Struve d. Disp. th. 55.

72.

3. Cum moderamine inculpatæ tutelæ, arg. l. 45. §. 4. Ad L. Aquil. l. 38. §. 8. Ad L. Jul. de Adult. coërc. l. 4. C. Eod. l. 3. C. Ad L. Corn. de Sicar. & c. quando scilicet quis injurias negat, injuriantemque mentiri dicit, non etiam, quando convitium evomit. Magn. Dn. Carpz. Pract. Crim. d. p. 2. quest. 97. n. 27. Vid. Glad d. l. 1. verbo; moderatione. Unde vi, ubi tria circa moderamen attendi debere tradit, utpote 1. si quid fiat armis, armis; si sine armis, simili modo repellatur. 2. in continenti. 3. ad defensionem, non ad ultionem, per d. l. 1. C. Unde vi. l. 3. §. 9. de Vi & vi arm. d. l. 45. §. 4. inf. Ad L. Aquil.

73.

Duplici autem fere modo convenienter cum moderamine inculpatæ tutelæ retorqueri posse existimat Excell. Dn. Struve d. Disp. th. 54. 1. cum falso objicienti crimen dicam: tu mentiris. Injuriatus enim honoris sui defendendi gratia, non injuriandi animo talia verba protulisse intelligitur, quia abest animus injuriandi, qui tanquam substantiale requisitum præcipue in actione injuriarum attenditur. l. 3. §. 1. de Injur. & c. l. 5. C. Eod. l. 14. Ad L. Corn. de Sicar. & c. l. 53. pr. de Furt. Gail. d. Observ. 100. n. 1. & 3. & Observ. 101. n. 3. & 4. Berlich. cit. l. n. 3. & d. p. 5. Conclus. 59. n. 55. & seq. Harpr. c. l. n. 120. & 226. Myns. 5. Observ. 17. n. 3. Schneidew. ad §. 1. n. 8. l. de Injar. Vid. supra th. 12.

47. Circa

Circa hæc verba: *tu mentiris*, duæ jam occurrunt quæstiones ventilandæ, quarum prima hæc est: *An scilicet illis verbis: tu mentiris, addi possint hæc: ut fur, latro, prado, homicida, scortator, adulter, scelestus &c.* Germ. *du leugst wie ein Dieb/Schelm &c?* A cum communi Doctorum schola, quia 1. verba illa non simpliciter, seu dolose, sed qualificative adjiciuntur. Jam autem certum est, verba qualificative adjecta alteri verba, vel orationi per se novam injuriam non inducere. 2. quia isthæc retorquendi forma non ad criminis insimulationem, sed ad mendacii exagitationem, seu exaggerationem censetur usurpata. Quasi dicat retorquens: tuum mendacium tam vanum est, ac si esset à latrone, fure &c. qui plerumque mendacissimi sunt homines, prolatum. Harpr. ad §. 1. l. de Injur. n. 80. & seqq. Renn. d. p. 1. th. 10. lit. C. 3. quia ista verba ad unum eundemque effectum tendunt: Et, secundum vulgo receptam Doctorum sententiam, ex illis verbis, quæ ad unum eundemque effectum tendunt, diversæ injuriæ non oriuntur. Myns. 5. Obs. 17. n. 3 & seq. Harpr. ad d. §. 1. l. de Injur. n. 81. 4. quia verba ista non principaliter, sed in consequentiam, seu accessori proferuntur. Harpr. cit. l. n. 83. & seq. Magn. Dn. Carpz. d. p. 3. Decis. 247. n. 20. & 21. ubi n. 25. tali præjudicio hanc retorquendi formam, ita ad Consultationem Marci R. zu L. Mens. Septemb. Anno 1628. decisum fuisse, approbat: *Seyd Ihr bey einer Gasterey in Bensseyn vieler Leuthe mit Hansen G. in Streit und Uneinigkeith gerathen/wobey als obngesehr von andern Gästen der neuen Kleider-Ordnung/und daß solche von vielen überschritten würde / erwehnet worden / hat bemeldeter Hans G. sein Ja-Wort auch dazu gegeben/solches bekräftiget / und darnebenst sich vernehmen lassen / daß bemeldte Kleider-Ordnung auch von euch und den eurigen überschritten würde / darauff Ihr auch die Retorsion auff diese Weise gethan: Es were solches nicht war / und wer euch dessen Schuld gebe / der löge es als ein Schelm und Schelmecher. Wodurch sich Hans G. hoch offendiret befunden / auch so bald eine injurien-
Klage*

Klage wieder euch eingegeben / und Citation wieder euch
außgewircket ; und wie wohl ihr der vorgebrachten Rede ge-
ständig gewesen / habt ihr euch doch auff eine Retorsion dar-
bey beruffen und vorgegeben / daß / weil euch und den euri-
gen die Ubertretung der neuen Kleider - Ordnung zuge-
messen worden / ihr dasselbe retorquendo abgelehnet hät-
tet / welches dann einem jedweden injuriato zu thun nach-
gelassen. Ob nun wohl der Kläger dawieder repliciret, daß
Ihr den modum legitimæ retorsionis überschritten / in-
dem Ihr Ihn eines Schelmstücks und Ehebruchs beschul-
diget / deß wegen er daß als auß einer neuen injurien wieder
euch zu klagen befugt sey. Dieweil aber dennoch solches von
euch nicht geschehen / und Ihr Klägern weder einen
Schelm / noch Ehebrecher geheissen / sondern nur die wieder
euch vorgebrachte fälschliche Beschuldigung ab jeleget / die
Lügen retorquirit, und daß solche nicht anders / als wie ein
Schelm und Ehebrecher zu lügen pfleget / außgeschüttet
worden / wodurch dann Klägern nicht anders als eine grosse
Lügen vorgeworffen worden zc. So habt Ihr diesem
nach den modum retorsionis legitimæ dadurch nicht
überschritten / es mag auch solche vor keine neue injurien
gehalten werden / sondern Ihr seyd von angestellter Klage
billich zu entbinden und loß zuzehlen / *B. R. W. Dissentit*
hic iterum Rennem. d. tr. p. 3. th. 43. ubi hanc retorsionis formam
iniquissimam, insulsam, Jurisprudencie invisam, ex prohibita
vindictæ fervore impio prolapsam, plurimarum turbarum causam,
Et cuius viro bono, nedum Christiano, cane pejus Et angve fugien-
dam esse tradit. Ad quæ, ut & alia, quæ passim in suo tract. Ren-
nemannus contra Retorsionis Doctores inconvenienter, non di-
cam injuriose, protulit, verba quid respondendum, videatur
Harpr. ad. §. ult. Inst. de injur. n. 21. sub fin. ubi Rennemanno
sanioerem ac mitioerem mentem erga innocentes legitimæ retorsio-
nis Patronos, fidissimos Justitiæ Sacerdotes, sive Antistites,
animitus comprecatur atque exoptat. Vid. ipse Rennem.
d. tr. p. 2, th. 2. Diss. etiam Da, Græce, d. sr. class. 3. cap. 4. n. 6.
75. Alte-

Altera vero quæstio hæc est: *An illis verbis: tu mentiris.* Q. 2.
 etiam hæc addi possint verba: *per gulam, vel in os, vel in cor tu-*
um, Germ. Dn leugsts in dein Hals / in dein Herz hinein? Af-
 firmativam hic rationibus in præced. th. allatis innixius amba-
 bus, ut ajunt, amplector manibus. Hæc enim verba unanimi
 Doctorum sententia exaggerandi gratia solummodo adjiciuntur.
 Schrad. d. tract. de feud. p. 9. cap. 4. n. 115. & seqq. Harpr. ad d.
 S. 1. Inst. de Injur. n. 80. & seqq. Rennem. d. tr. p. 1. th. 10. Magn.
 Dn. Carpz. p. 4. Const. 46. def. 11. ubi præjudicio hocce hanc re-
 torquendi formam, ita Dominos in causa I. O. contra N. N.
 Wittenberg / M. Febr. Anno 1636. respondisse, corroborat: Hat
 I. O. in seiner Retorsion - Schrift sich dieser formalien ge-
 braucht: Er wolte N. N. wie auch allen den jenigen / so der in-
 jurien Authores und Anstiftern / als böshafftigen Injurianten
 und Diffamanten die uff ihn erlegene fälschliche und erdichtete
 Auflage / in ihren eigenen Hals und Busen / daraus sie die-
 selbe gespüet / zu verschlucken und zu verdauen wieder zurück
 geschoben haben / dergestalt und also / daß er sie so lange für hoch-
 sträfliche Ehrenschänder / und für diejenigen (dafür er geschol-
 ten worden zc.) achte und halte / biß sie uff Ihn / wie Recht / der-
 gleichen erwiesen / und Ihn durch Urtheil und Recht überzeuget
 hätten zc. So wird solche Schrift vor eine zu Recht zugelassene
 retorsion gehalten / und es mag der Retorquent. I. O. ob hätte
 Er der Sachen zuviel gethan / und den modum retorquendi
 überschritten / mit Bestande nicht beschuldiget werden / B. R.
 W. Vid. infra præjud. th. 103. adductum.

Sic etiam legitimæ retorsionis formulæ sunt, si convicia-
 torem nominemus einen Ehrendieb / Ehrenschänder. Exc. Dn.
 Struve c. 1. th. 54. Ex. gr. Solches red estu nicht wie ein war-
 hafter Biedermann / sondern als ein wissentlicher verlogener
 Ehrendieb. Boccr. class. 3. disp. 4. th. 45. Vel: du leugest diese
 Beschuldigung mich an als ein Strassenräuber / oder Ehrens-
 dieb Magn. Dn. Carpz. p. 3. Decis. 247. n. 10.

Quaestio hic jam illa: *An retorsio injuriarum conditiona-
liter facta jure subsistat*, decidenda venit? Et affirmantium o-
pinioni non sine ratione adstipulor, quia 1. conditio nihil po-
nit in esse. *l. 213. de V. S. l. 8. Si quis omiff. caus. &c.* 2. quia in
retorquente abest animus injurandi, qui tanquam substantiale
requisitum in injuriarum actione attenditur, *per ll. th. 73. alleg.*
Vid. Magn. Dn. Carpz. Resp. Elect. l. 2. t. 5. resp. 68. n. 8. & seqq.
ubi plures rationes affert, contraria solvit, praedictumque sub-
nectit. Nihil ergo refert, sive quis pure & simpliciter dicat:
tu mentiris, sive sub conditione: *si tu hoc dicis, vel dixeris, men-
tiris*; neutro siquidem casu is, qui haec verba ad honoris sui de-
fensionem profert, punitur. *Magn. Dn. Carpz. Pract. Crim. d.*
p. 2. quest. 97. n. 23. Berlich. cit. l. n. 8. Conditionalis itaque re-
torsionis formula potest esse talis: *Wosern du mich solches be-
züchtiget hast/ hastu es erdichtet als ein verlogener Mann/ das
für ich dich halte/ bis du solches beweifest: Hastu es aber nicht
geredet/ so soll auch diese Retorsio nicht dir/ sondern deme/ der
es gesagt/ gelten. Magn. Dn. Carpz. d. l. resp. 68. n. 9. Excell.*
Dn. Strube c. l. th. 54. Add. Harpr. ad d. S. ult. n. 219. & sq.

2. *Cum moderamine* (*vid. supra th. 73.*) retorqueri po-
test, si idem convicium in conviciatorem regeratur, quod hac
forma in scriptis fieri solet: *Ich wil hiermit angezeigte injurien
in Injurianten zu Rettung meiner Unschuld retorquirt haben/ der
gestalt und also/ daß Ich Ihn so lange dafür halte/ bis er auff
mich/ wie Recht/ dergleichen erwiesen habe. Excell. Dn. Strube
cit. l. th. 54. Vel: Wil dahero vielbenannten N. so lange für et-
nen verlognen Mann halten und gescholten haben/ bis er das je-
nige/ was er auff mich erdichtet/ für meiner ordentlicher Obrige-
keit/ wie Recht/ durch ordentliche Klage außführen wird.*
*Volckm. Notariat. Kunst. d. p. 2. cap. 83. form. 5. Vid. praedi-
cium Magn. Dn. Carpz. th. 75. adductum.*

*Legitimum autem retorquendi modum, seu modera-
men*

men excedit quis, si r. objicienti crimen aliud crimen objiciat.
E. g. Si furem quis te appellet, tu retorquendo ipsi aliud crimen
obicere, & latronem, seu adulterum vocare nequis. Retorsio
enim & compensatio injuriarum talis non valet, sed uterque de
sua injuria agere debet, *per expr. text. l. 5. ubi: non relatione*
criminum, sed innocentia reus sese purgare debet. de Publ. jud.
cap. veniens. 16. ubi: alter convicia ingerendo &c. de Jurejur.
